

et quod plus est nec nocere cogitat. Hanc autem invidiam et mansuetudinem amplecti debemus propter tria. Primo quia hominem etiam in hac vita beatificat. unde beatitudine assicuratur. Matth. v. Beati mites quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. Illam utique terram felicitatis de qua pelli non possunt ut dicit Augustinus. Secundo quia bonum pro malo recompensatur. Nam sicut Hugo dicit proprium est animi clementis et pii quod sit tener ad compaciendum facili ad remittendum/et propius ad subueniendum. unde dicit philozus. Magna virtus si non lebas a quo telus es magna est fortitudo si etiam lesus remittas/magna est gloria si tu potuisti nocere parcas. Tertio quia quietem animi iugiter conseruat. unde dicit Philos. Mansuetudo est per quam tranquillitas modesti animi nullus in potestate limitem sue quietis excedit. Sed prole dulce multum sunt mites quoniam nihil dicitur nihil agitur contra eorum arbitrium. Pace bic autem quod longe sint a mansuetudine si leuis oritur occasio prouocandi. Tertium fuit exemplum beniuolentie et caritatis que maxime in hoc apparet quod fides dilatacione et aliorum saluatione mortis amantitudinem adeo alacriter sustinebant. Quia quidem caritate nulla maior est ut docet ipse spiritus iohannis xv. Ad quam caritatem hortatur apostolus Col. iii. Super omnia hec caritatem continuam habentes quod est vinculum perfectionis. In quibus verbis innuitur quod ipsa caritas ceteris virtutibus est superior dignitate. ideo dicitur super omnia autem hec etc. unde ipsa dicitur via excellentior. Chozinth. xii. Secundo est alius preclarior virtute. ideo dicitur vinculum perfectionis. Quia caritas omnia connectit et simul ligat que pertinent ad perfectionem hominis unde dicit Dyonisius suus. Amorem siue donum siue humanum siue angelicum vnicuam quondam virtutem intelligimus. Hanc autem caritatem potissime debemus amplecti propter triplicem eius effectum quod ex ea consequimur. Primum est quia cor amozosum iaculo amozis dulciter vulnerat. unde dicit sponsa. Vulnerata caritate ego sum. Bene autem amor vehemens dicitur cor vulnerare quod suspiria trahit gemitus. multiplicat et faciem amatis pallentem et tabescentem ostendit. Bene etiam talis amor cor vulnerat quando affectuone transfigit quod mors eius desiderio resistere non possit. unde dicitur Canticoz ultimo fortis est vis mors dilectio. Quod verbum tractans Gregorius in Omnel. dicit. Jo

virtuti mortis dilectio comparatur quia nimirum mentem quem semel perfecte accessit a dilectione mundi funditus occidit.

Secundus est quia cor amozosum gustu diuine dulcedinis suauiter inebriat quod fit quando mens tam forti intentione in deum tendit quod sui prius et omnium exteriorum totaliter obliuiscitur et per suauitatem amoris totaliter transformatur in deum. Quia vides quod una gutta aque a vino potenti et amozosa a solis claritate totaliter absorbetur. Et sicut videmus quod in languore nihil est propter vigorem sed omnis eorum motus ex alieno dependet arbitrio. Sic qui ad istum gradum amozis profecerunt nihil iam propria voluntate agunt/nihil proprio arbitrio relinquunt. sed omnia diuine dispositioni committunt. Jam enim mundo et sibi ipsi mortui dicere possunt cum apostolo Gal. ii. Diuo ego iam non ego. vixit autem in me christus. Tertius est quia cor amantis sic cum sponso ligat quod amantis animus de alio cogitare aut nescire aut non valeat. Cuius ratio est. quia quidquid agat/quidquid dicat hoc dormiens somniat. hoc vigilans omni hora retractat. hoc amore insolubili est uabat. Omnes apostoli intantum quod potius uoluerunt per quemcumque tormentum diuelli a corpore quam a caritate christi separari. Unde paulus 1. cor. viii. loquens in personis omnium apostolorum ait. Quis separet nos a caritate christi. et infra. Certus sum quia neque mors/neque vita/neque aliqua creatura poterit nos separare a caritate christi. Quod patet per hoc. Quia fortius et insuperabilis caritas vnit amantem cum amato quam anima vniatur cum corpore ipso. Quod ostendit ergo per hoc quod facilius fuit animam christi separari a proprio corpore quas uiuificabat quam mens magdalenae corpore christi mortuo posset separari quod diligebat. Cuius amoris nos principes facti et qui in trinitate etc.

Subsermo secundus.

Ut fructum afferatis. Alio modo patet hanc uerba refert ad fructus spiritus qui sunt. 1. cor. xii. numerum 1. cor. xii. ita quod cuiuslibet apostolo ad apter. unde fructus ut sit sententia verborum christi promissorum ad apostolos. Ego elegi vos tam eterna predestinatione quam specialiter uocatus. ut eatis uitali progressionem et fructum afferatis fructum spiritus in uobis apparet repromissionem. Qualiter autem singuli fructus singulis apostolis ad apter. hanc in ope 1. cor. xii. **Subsermo tertius**